



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

3. De Nazarenis Christum præcipitare volentibus. Matt. 13. Marc. 6. Luc. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

gni, stude semper & in omnibus prædicto modo implere sanctam voluntatem Dei. Vis insuper esse Mater Christi; quotquot potes; & quocunque modo potes; inuita, excita, impelle ad perfectè amplectendam & exequendam voluntatem Dei: quotquot enim ad hoc pertrahes, tot filios spirituales, & Christi fratres, imò toties in singulorum cordibus Christum ipsum paries. Zelus semper & in omnibus amplectendi & exequendi diuinum beneplacitum, atque ad idem alios excitandi.

De Nazarenis Christum præcipitare III.
volentibus. Matt. 13. Marc. 6.

Luc. 4.

I. **V**enit Iesus in patriam suam Nazareth, ubi erat nutritus; ingressus Synagogam die Sabbathi cœpit docere, & oblatum librum Isaia Propheta reuoluens, inuenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me; propter quod unxit me: Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde; predicare captiuis redemptionem & cæcis visum. Et cum pliuisset librum, cœpit dicere: quia hodie impleta est hac scriptura in auribus vestris. Christus vniuersalis omnium Saluator.

O o s

uator

nator unctus à Deo Patre, plenitudine omnium cœlestium charismatum, licet inchoare prædicationis officium in patria sua noluerit, ne videretur ad id humano affectu permotus; non tamen omninò prætereundum censuit, quantumvis præuideret tantâ gratiâ indignam. Quanto zelo saluiss conciuuium suorum locum citatum Isaia in Synagoga prælegerit & explanarit ijs, à quibus nouerat se contemnendū! Quanto desiderio beneficia istius comprehensa exhibere exoptarit ijsdem, à quibus præsciebat se ad necem quærendum! Heu quod id nō agnouit ingrata Nazareth; quæ tunc conuenienter nomini suo verè florida & sancta fieri potuisset, si Sanctum sanctorum auctorem omnis sanctitatis, & florentissimi campi pulcherrimū reuerenter excepisset! Quam florida quoque & sancta breui fieret anima, quam veritas inuenerit & ad perfectionem impellit, loquentem audiret & impellentem sequi vellet! Zelus animarum, charitas erga ingratos.

II. Cū illi mirarentur, calumniarentur, & scandalizarentur in doctrina eius, & miracula patranda potentia, eo quod ex humili profapia esset oriundus

oriundus, dicentes: *Nonne hic est filius
 Ioseph, fabri filius? Nonne hic est faber filius
 Maria. Vnde ergo illi omnia ista?* Arguit
 eorum temerariam malevolentiam &
 ingratitude: *Amen dico vobis, quia
 nemo Propheta acceptus est in patria sua.*
 Idque probat exemplo Eliæ tempore 3. Reg. 17.
 famis ad Sareptanam viduam Sido-
 niam, vt ab ea sustentaretur, à Deo
 missi: Et Elisæi solum Naaman Sy- 4. Reg. 5.
 rum leprosum, præ tot leprosis in
 Israel mundantis. Quanta mansuetu-
 dine & efficacia eorum calumniam
 refellit, & ingratitude perstrin-
 git, nec tamen quicquam proficit!
 Idem cuius ingrata & contumaci-
 animæ præstat, dum eam ad resipis-
 cendum inuitat, sed heu quoties ir-
 rito conatu! Zelus constans erga in-
 gratos, Horror ingratitude.

III. *Hac audientes ira repleti surrexerunt,
 & eiecerunt illum extra ciuitatem,
 & duxerunt illum vsque ad superciliū
 montis, vt precipitarent eum. Ipse autem
 transiens per medium illorum ibat.* Quar-
 ta inuidia & crudelitas ingratorum
 Nazarenorum erga amantissimum sa-
 lutis suæ Filium Dei, Saluatorem &
 Magistrum mundi, apud ipsos incar-
 nari & educari dignatum! Multò sane:

Q. 6.

maior

maior quam fratrum Iosephi erga eundem innocentissimum & fratrum suorum amantissimum! At quantò maior Saluatoris erga eosdem charitas, ut quamuis tum pro ipsis à tanta cæcitate & ingratitude liberandis, mortem subire paratus esset, si ira æterno Patri placuisset, attamen idèò tunc mortem euitarit, ut plura & atrociora pro ijs pati posset. Detestatio inuidiæ & ingratitude, eximia ergà inimicos charitas.

De missione 12. Apostolorum.

Matt. 9. & 10.

Matt. 9. I. Videns Iesus turbas miserus est quia erant vexati & iacentes sicut oves non habentes Pastorem, tum dicit discipulis suis: messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut emittat operarios in messem suam. Quod tunc discipulis pius Dominus intuens tot animarum interitum, cum intimo compassionis affectu dicebat, quoties idem auribus mentis nostræ insusurrat, dum nobis ob oculos ponit, tantam turbam hæreticorum, politicorum & malorum Christianorum, in perfidiæ & ignorantie tenebris miserè pereuntium, & instar iu-